

**Somnium Erteꝝ Siluij de fortuna Incipit.**

Neas Siluius S. P. D. domino Procopio de siabensstem  
 militi litterato et prestanti. Noctu preterita prius q̄ me q̄  
 eti comitterem multa mecū de te locutus sum mirabarq; tuis  
 virtutibus non dari locum conuenientem: quia licet acceptus  
 sis Cesari: non tamen vt par esset te video. nam cuz reluceat in  
 te nobilitas et probitas non video: cur inter primores poni non  
 debeas. Accusavi ergo fortunam: que tum honorum: tum diu-  
 tiarum creditur dispensatrix: pluraq; in eam stomachatus dixi  
 vt que viros premeret bonos: extolleret malos. nec finem feci:  
 donec altus me sompnus oppressit. Inter dormiendū vero mi-  
 ra per quietem sum contemplatus: que tibi nunc referre. decre-  
 ui. tu arrige aures: resq; tum miras: tum stupendas agnosce.  
 Jam noctis decurso spacio sideribus dubijs postq̄ pigri boeti  
 frigida sarraca circumnegerant: visionem hanc habui. In locos  
 letos et amena vireta deueni. gramineus campus in medio for-  
 tunati nemosis. erat riuo cinctus et muro. duo illic porte. altera  
 cornea: altera candenti nitens eleuanto: muri altissimi ex ada-  
 inante constructi. riuus immense profunditatis. nulli accessus  
 ad portas: nisi per pontes: qui tamen catenis eleuati: paucis  
 aduenientibus dimittebatur. In ripis e regione portarum exi-  
 stentibus ingens virozum ac feminarum turba consedebant: te-  
 dentescq; manus orabant transmitti. Territus hac nonitate dū  
 hac et illac circumcurso plures mihi obuij dantur: quozum faci-  
 es agnoscebam. nescio tamen quare factū sit: vt nemo mihi ser-  
 monis copiam faceret. veni ad corneam portam: in cuius sum-  
 mo hec litteris antiquis inscripta conspeci. Paucos admitto  
 seruo pauciores auidus nosce quid foret interius. Iuuenē qui  
 supra turrim erat: magnis precibus obsecraui: incassum tamen  
 mihi vt fores panderet. tum forte adolescens venit magna cor-  
 mitante caterua: cognosco habitum ex Rheni partibus erat.  
 quisnam hic est inquam. Accedit me vir togat⁹: credo me italū

s. d. [Roma. Stephanus Rancib] )  
 H. 189

nouit italus. 7 Ludouicus est hic ait dur Bavarie princeps ele  
 ctor. qui trans illum murū nos ducet. Et ego. Di vir impetra  
 7 mihi transitū si qd iuris habet cōis inter nos patria. faciam  
 inquit ille. vixq; locuri eramus cū pōtib; dimissis: Ludouic?  
 ingressus est. 7 vna secū q̄plures alij: quos ianitor nominatim  
 appellauit. Ego vt explorator sub pallio principis: qui Ludoui  
 co herebat. vnus ex Brandeburgensib; marchionibus visus est  
 latitans intrani. Illic florea prata riui: tum lacte: tum vino cur  
 rentes. frigidī fontes. lacus piscibus pleni. balnea suauissima.  
 densi luci. vineta semp vuis onusta arbores ppetui autumpni.  
 quales hortus hesperidū vel pheaces habuisse credunt. Poma  
 quoz solo pascaris odoze. per siluas fere mansuete captu faciles  
 volucres 7 esui 7 cantui nate. vnicus est apud Ethiope; locus  
 Eliotrapeza nuncupatus. opiparis epulis semp refert: quibus  
 indiscreti oēs vescunt: apud quē lacus tenuis: laticis haustu sa  
 luberrim? hic plurima sunt huiusmodi loca. mēse sub arborib;  
 parate. gēmaris vasculis. paterisq; aureis onerate. nullū saler  
 num cōparari vino potest: qd vino saxo illic manat. mella pas  
 sim fluunt. arundineta succaro plena. omne genus aromatu ex  
 arboze cadit. auri 7 argenti inethausse minere. lapilli preciosi  
 tanq; cerasa in nemorib; pendēt. venuste puelle: elegātesq; iu  
 uenes: ppetuas ducunt cozeas. quicqd mulicū est illic resonat.  
 nō tam voluptuosam suis sequacibus paradisum. Nachomet?  
 repromisit q̄ hic vidisses. dispēatores huc 7 illuc discurrabant  
 Bacchus ceres 7 Venus silua mirtea cōcubitus admittebat. Jā  
 ego ex pallio pdierā: cupidusq; vidēdi: per medias letantium  
 turbas ibam securus. tum Vegius poeta laudensis me aggredi  
 tur. 7 o inqt Enea: quo huc pacto venisti? Amplexus amicū:  
 exposui casum. Tum ille. voluissē te vocatū fuisse. nā hic pre  
 ter iussum bere: nemo manere potest. illa si te viderit: mor inbe  
 bit expelli. Tū ego. quenam est hec dñā: cui? expectat vocatio?  
 Vera fortuna respondit Vegius: cuius munere omnes qui su  
 mus hinc: feliciter viuimus. illi totus obedit orbis. quicqd hec

iussit factum est. tum ego ergo tu ex felicibus vnus es: qui sole  
bas esse q̄ miser. sum inquit Vegius. dilexit me tandē hec do-  
mina: summiq; Pontificis mihi gratiā cōsiliauit. canonicūq;  
basilice sancti Petri fecit. ha inquam. ego iam incipiam domū  
nam colere tuam: si quos bonos euebit: ego sepe in eam inuect⁹  
sum: q̄ malis bonam ⁊ malam bonis eam videbam. Scis q̄ bo-  
nus fuerit Socrates: nunq̄ illi arrisit Platonem: qui fuit phi-  
losophorum maximus. in seruitutem redegit. Pythagoram sem-  
per vagari compulit. Ciceronem q̄uis ex rethore consulem fece-  
rit. in manus tamen postmodum inimicorum dedit. ⁊ Antoni  
gladijs interemit. Scipionem in exilium misit. Fabricium ī ca-  
stino terreo: seu ligneo comedere fecit. Primum Catonem pau-  
pertate grauauit. sibi vt manus conseret alterum iussit. Aspi-  
ce viuentes. qd Juliano Cardinali sancti angeli: tot virtutib⁹  
ornato repensum vides: Quid Johanni sancti petri: Johanni  
sancti Calixti: ac Johanni Tarentino: eiusdem ordinis viris:  
quid est his quod vel probitati vel scientie correspondat. qd  
dicere potest Gasparem Cancellarium: q̄uis ducem sibi coniu-  
gem copularit dignas laborum retributiones tulisse. qui iam  
trium Cesarum Cancellarius fuit. Guilhelmus de lapide. mi-  
les insignis: non minus litterarum q̄ armorum sciens: q̄ mun-  
dum virtutis agnoscendi cupidus pagrauit. qd suis meritis  
dignum est affecutus. Cāpisius n̄r phia plenus: qui sedis apo-  
stolice seruicij: etate suā consecrauit. pauperior. Codro ē. vni-  
cus miles est. aut si comites habet: vir q̄tuor sunt. Procopi⁹ Bo-  
hemus in curia Cesaris: qui licet lras amat. colatq; indocti tñ  
atq; ebetes sibi p̄ferunt. nolo referre: quos asinos viderim eral-  
tatos sup cedros libani. qui etiam hodie florent hoīes sine lit-  
teris elingues. sine sensu. vir man⁹ dextra quot hz digitos no-  
rūt. Securi⁹ est mortuos q̄z viuētes carpe. qd deteri⁹: aut horri-  
bili⁹ monstrum Herone fuit: quid Tyberio sceleratiue: his ta-  
men imperia q̄z Vespasiano ⁊ Lito pijs cesaribus diuturnio-  
ra fuerunt. Quid Domiciano turpius. bestiam tamen illam

mundi ceruicibus imminet pluribus annis pertulit orbis.  
Iouinianum quia religiosus. Clemensq; fuit oppressum fumo  
carbonum mox amisit. quot Crispinus villas erexit monstrum  
a vicis nulla virtute redemptum. Spado Claudij Aeronis  
Pophides tot diuitias possidet. vt edes suas ornatiores. ⁊ am-  
pliores Capitolio construeret. Gabrinus Cremonensis septem  
dominos suos interemit. quibus in fetida sepulchris cloaca domi-  
natum suscepit: non possum viventem aliquem non tangere.  
Patrem Philippi ducis: qui nunc Burgundiã tenet: in presen-  
tia Regis Francie: prepositus Parisiensis securi percussit: is  
nunc in provincia quietissima habet vitam: pinguibus agris  
donatus. hic tamen ⁊ homicidium fecit. ⁊ publicam fidem fre-  
git: quam miser ille secutus fuerat. hec mihi bilem sepius com-  
mouerunt. at postq; te virum probum ⁊ doctũ. iam fortune bla-  
dimentis video delinitum fio mitior illi putoque non te solũ ex  
bonorum numero gratum esse huic matrone: sed duc me oro vt  
illã intuear. Ita est: inquit Uegius. plures boni sunt in hoc cõ-  
uentu. quis mihi non arrego q; tu nomen das: scio me peccati-  
reum esse indignumq; gradu meo. sed ita placitum est: tum for-  
tune: tum meo pontifici: atq; vt agnoscas. bonos quoq; huic do-  
mine gratos esse. audi me parumper. nolo Cõstantino magno  
nerue Traiano. duobusq; Theodosijs ipsiq; primo Augusto  
quanta felicitas arriserit: quis prohi fuerunt. Nunc disputare  
ad viuos venio. Quid tuo Cesari religiosissimo? Quid modo  
Pontifici sanctissimo. num se blandam fortuna ostendit? Regẽ  
Aragonum quis eleuauit nisi fortuna. Quis ducẽ Trecestrie  
magnum fecit? Quis Colonenses ⁊ Treuerenses antistites  
magna est horum virtus. ⁊ tamen fortune flati sunt sublimati.  
Diceret horum aliquis meum genus erexit me. Sic ⁊ Sarones  
⁊ Bauarie duces dicere possent: tanq; nihil in eis fortuna fue-  
rit operata. sed quis eos tam alte nasci fecit nisi fortuna. Pote-  
rat hec si voluisset Regis Hispanie vel Anglie me loco suppo-  
nere: nulla virtute nostra: sed casu generis nanciscimur clarita

tem. q̄ si plures sunt virtuosi quos fortuna preterit: nemo irasci debet. Potest enim hec dñā que sua sunt bona: cui vult clarigiri. boies in mundū non ad opes possidēdas: aut p̄frundas delicias: sed ad labores nascunt̄. viuereq; in terris non tanq̄ incolē: sed vt aduene peregriniqu; debēt futurāq; patriā p̄ opera virtutis inquirent. In magna vero fortuna nō facile virt⁹ reperitur. qđ aīaduertens Theban⁹ ille phūs ingens auri pōdus: in mari cōiecit: vt expeditioē se traderet pb̄ie. Christus saluator n̄ diuicias tanq̄ spinas ⁊ tribulos docuit fugiēdas: ei⁹ discipuli paupertatis amatores fuerūt: victū ⁊ vestitū habētes: his contēti erāt. nec Hieronym⁹ q̄uis doctissim⁹: in tenui gaza fortunā accusauit: quia nō illā dñam sed xp̄m dñm sequebat̄: trāsitoria p̄ p̄petuis spernēs. Anthonius abbas quid fortuna dederat: sponte reiecit. q̄ si sane mētis essem⁹: odiū poti⁹ q̄ fauorem appetere⁹ fortune. cuius blādicie maximū prestāt impedimentū ad eterne vite cōsecutionē. rarusq; est ⁊ coruo: nam rarior albo qui ⁊ fortuna simul ⁊ iter in celū sequi valeat: sed com̄ primo me: ne huic domine videar detraxisse: cuius amplexibus iam delector: tu tamē caue ne Procopiū: vel alios quos nominasti. virtutis amatores dicas erperes fortune. nec enim vel Cardinales: vel forte Milites essent: vel generosi: nisi fortuna iuuisset. solus Campisi⁹ est ex quo nihil suū potest fortuna repetere. Sed eamus si stat sententia p̄pius: videamusq; dñam istam regnoz atq; imperij motricē. Eam⁹ inquā ego: ⁊ si forsitan hospes inuisus ero: vir quantū velox ex arcu sagitta volitās currit vie cōfeceram⁹ cū apprehēdēs Uegi⁹ dexterā meā respice. inq; dextrosam Enea ibi nursia est dñā: tētozia illic purpurea erāt margaritis ornata: que centū iugera cooperiebāt. In medio solū erat per altū lucens clari⁹ smaragdis. miri preterea lapides ebur solij vestiebant. Sagada gēma: que in p̄fundo Eufratis carine nauis se solet adnectere iocūdissime virens. mirbites coloris mirrhe qui ad colorē attrit⁹ nardi odorē spirat Nitridas que sole percussa varijs emicat coloribus. tū Pirrbites qui se te

neri nō sinit uehementius Calaebias grādinis candorē preferens Echites viperas habens maculas Dionisias qui sui natura fuscus est ⁊ mixtus aqua: si cōterat̃ vinū flagrat solis gemma p̃ cādida ad speciē fulgidi: syderis veneris: crinis qui ruforum criniū faciē preferit Selenites fulgore cādido trāflucēs. Piropus q̃ si āmas imitat̃. Meconites papauera exprimēs. Mirmites reptantē formicā Calcoptongos: vt era pulsata resonās. Syderites certis maleficijs incantatus discordias excitans sūmilis ferro flogites: qui intra se q̃si si āmas extuantes ostentat Antracias vt stella comuscans Enbidros exudans vt clausam ī eo putes fontaneam scaturiginem Melochites arabicus Crassius Smaragdo virens infantum periculis sistens. Iris in mari rubro reperta: que aeris percussu celestis arcus ex sese speciem iacit. Andradamas nitoris argentei ānior calētū: impetū molliēs ⁊ tumentes refrenās iras: ⁊ contra molestias neruoz vttilis. Pedros aspectu eburneo: ⁊ gratiarū cōciliator. Echates. Incredibile enim est gemmarū que illic perlucent: siq̃ referat multitudinē ipsa fortuna grādis matrona: duplicis aspectū: nūc blādo vultu: nūc terrifico: vestib⁹ auratis geminatisq̃ altiorēz thoz tenebat: oculis grādiōzib⁹: sed plerūq̃ clausis. in auribus seras vidi illa de naue peritas que siculos cantus effugit remige surdo caducū in manu tenebat. in dextera eius dñatus sedebat honor: fauor: splēdor: gaudiū: officiū: fastus: risus: amor: cōiugiū: vigor: robur: decus: cātus: potus: nec minori loco fama: gloria: victoria: nobilitas: par: reuerentia: leticia: potentia: forma: laus: gratia: suauitas: iocunditas: hilaritas: dignitas: elonpompa: prestātia: familiaritas: client: la: rapina. vltimo supbia libido: arrogātia: obliuio: nuptie: consolatio. ad pedes eius q̃si ancille siue pedisseq̃: diuicie: pecunie: delicie: blādicie: voluptatesq̃ stabant arreptis auribus: siquid hera iussisset audire factureq̃. In gramine x̃o locoq̃ decliu: celle plurime cernebant̃ ostro tecte vbi plurimas vmbas sedere cōsperi. Perlucebāt enī corpora sedentiū: q̃uis pallida erant. versufq̃ ad Uegiū. q̃ sūt

56

hi obsecro sedentes viri reuerentia pigni subtristefqz. hi sūt in/  
quit Uegius quos hec dñā ab initio nascentis mūdi dignata ē  
magnos facere: sed iam satis functi huc venerunt: vt quisqz ma/  
ior fuit sic fortune primior est. nec hic ex virtutib? locus datur  
sed ex felicitate. Prim? hic est Augustus Cesar diuū genus: qui  
aurea cōdidit secula quiqz sup Baramātas ⁊ Indos ptulit im/  
perium. Alexander secūdus est: tum Julius Cesar post Scipio/  
nes duo inde Pompeius. Alius quē vides luscū Danibal est. et  
tum deinde Fabius maximus. Emilius Paulus. Marcus Mar/  
cellus. Alcibiades. Lemistodes. Priamus. Dector. Agamenon.  
Achilles. Uires. Darius. xerses. Ainus. Pretereo multos ille  
quē vides ligno crucis munitū. Constantinus est hunc sequit  
Constantinus constans. Constantin? Valentianus. Theodo/  
sius. Sūt ⁊ iuniores Carolus magnus. Pipinus. Arcturus. mit/  
to vetustiores. Sigisfundū tuipse nosti. ⁊ Albertū ei? generuz  
qui post socerum non diu regnauit fortunāqz tum scdam tum  
aduersam expert? est. hic Albertus ex duce rex factus vngariaz  
Bohemiamqz recepit. nec diu post imperium est affecut?. vt tñ  
cito creuit: ita cecidit repente vir annis trib? regnauerat. cum  
morbo assumptus: spiritū deo reddidit. tum ego qm̄ mō inquā  
felicitatem recipis: ego apud Iuuenalē legi. neminē malū esse  
felicem: ex his quos nominasti pessimi plures fuerunt. scis qz  
Danibal seuus: qz fallax: qz cupidus fuerit. tu tamen hunc fel/  
cem dixti. Ad hec Uegius: non vt sapientes nomen felicitatis  
suscepi: sed vulgi morem sum secut?. apud qd felix dicitur: cui  
plurima ex sententia veniūt: siue bonū est siue malū qd optant  
Ite ego. non est mihi Uegi de mortuis: cura viuos. rogo mi/  
hi ostende. respice inquit Uegi? illam plagam. vides ne iuuenē  
albis comis planisqz nondū annos. xxx. natus est. rar? in ore ri/  
sus. grauis incessus viro. verba pauca. pudor ante faciem lōgo  
vultu. statura plus qz mediocri. lato pectore video inquā: s3 qf  
hic est her? tu? Frideric? Cesar. inquit Uegi?. tum ego agno/  
sco dominum. sed curis fortune refugit vultum. quenam verba

loquitur domina. audio vocem : verba non teneo. Dicam tibi  
Enea. refert Uegi? nō tam Ven? Adonium dilexit q̄z mea do-  
mina tuum herum. is tamen confugit: nec aspirāti annuit vul-  
tus fortune vt cernis bland? ē Frederici oculi totui sunt. vixq̄  
fortunam intuentur. nescio quid sibi sit menti verba fortune  
hec sunt. mane Frederice ⁊ te mihi crede. nemo regum te felici-  
or erit si mihi auscultaueris: q̄ si tu fugeris: ego etiam fugiam.  
vides? ne Silui. vt manum ad scapulas Cesaris fortuna posuit  
colliriumq̄ vult p̄edere. nescio an se capi sinat Cesar: quod su-  
peri faciunt. si fauentem fortunam spreuerit fugeritq̄. scio morē  
domine: nunqd sibi blandior erit superba est rogari poti? vult  
q̄z rogare: nunq̄z vidi hanc heram tam se alicui blandam pre-  
stitisse q̄z nunc est tuo domino. Felix ille si fortunam sequatur.  
miser si fugiat. tum ego ille proxim? Frederico: qui eleuata cer-  
uice graditur: passumq̄ maiorem facit paululum fusc? quis naz  
est German? ei? . inquit Uegi?. Albert? dur? liberal? : vastiq̄ a-  
nimi eum sequitur patruelis Sigismund?. incessu celer. inge-  
nio promptus et manu. Post hos Ulric? Sillace? comes morta-  
lis pugne magister amator non fidelis q̄z felix. ille matur? euo  
grandiq̄ corpore si quis sit queris vide ad pedes ibi calceus:  
dicit dominus de Ualcece ego sum. Nos sequuntur viri prestā-  
tes Ehemensis ⁊ Surcensis Episcopi Cancellari? heres tu?  
Gaspar: qui vt dicis minus habet q̄z mereatur magister came-  
re zebinger Marecallus. hi delecti sunt Aorenbergam petere  
si petierint in patria remanebunt Leonardus Pataviensis epi-  
scopus Comes de Schauenberg magister curie: qui omnes  
fortune sunt filij: q̄zuls singuli suam querantur sortem. Rurs?  
ego. quenam horum fortuna est omnium. bona inquit Uegius  
si tu? her? fortune vocib? auscultauerit varia si? ob audierit. dū  
sic famur video pua statura virū. nigro vultu. letis oculis. qui  
man? in capillos fortune scōiecerat: arreptaq̄ comasta: tandem  
domina: meq̄ respice dicebat. quo me fugis iam annis duodeci



capta es siue velis siue nolis: vt me respicias oportet: satis mihi aduersa fuisti. nunc alium vultum prebebis reor: aut mihi blanda eris: aut omnes tibi crines euellā. cur me fugis: magna nimū pusillanimesq; sectaris. Fortune quoq; in eū vox erat: viciisti fateor: nec me amplius experireris aduersam. Tū ego qd hic est inquā Uegi qui fortune vim facit. Alsonsus refert ille Rex Aragonū: qui cū fratrib; apud Ponciā captus. Philippoq; duci Mediolanensi datus. dimissus deniq; nouis se prelijs immiscuit: aduersamq; dominā insecutus: tantū instando perseuerandoq; fecit: vt victā pudore fortunā iam in suum fauorem reuocauerit. Alius quē vic tribus a fortuna distantem passib; cernis Burgundionū dur est. ⁊ cum eo coniunx cordata: lōgus ille ⁊ ab homine tardus: qui vic vocē exprimit. Insubribus pres est huic hera sepius arrisit: sed non audiuit vt par erat dñe vocem. ideo minus agri possidet: minusq; possideret: nisi minas fortune liberalitas confregisset. Ille in armis letus Johannes est vapuoda Transiluanor; dur: cuius virtute fracti Teucrī Ungariā reliquerūt hic niger Giscra est: cuius armis defense sunt Latissai partes. b. caluus Bobemus ptaeco est vir sensat;: voluntate varia. ante hunc Piceninum videre potes: cuius virtutem mirari magis referre possumus apud eū Franciscus Ca tiuiola stat magis fortune fauore: quā suis virtutibus in hanc diem magnificatus. Inter hos ego matronalē habitū cernens. ⁊ quenā inquā illa est femina: que ante alias tribus passibus pergens tam fastuosa videtur. hec inquit Uegius. Venetia est que pecuniaruz fortune clauis habet: tarpeiamq; custodit. alia est Burgēns ciuitas. Tertia Colonia Forinberga. subinde Argentina. sequitur Quienna quoq; inter has est nō vltima Florentia Venetijs proximat: sed timeo illi que pluribus iam annis fauorem fortune minorē sentit. Tūa Sena floret nunc: sed minas nescio quas audio. Barschilonia ⁊ Valentia floret. Lō donie quoq; splendide sunt vt vides. Tū ego video togatos quosdam qui nam sunt hi. primus est meus Pontifex inquit

Vegius. Num Eugeniū nosti? Proch inquā ego etiā res eccles  
siasticas fortuna versat. nō minus q̄ r̄pales inquit Vegius. et  
quo nostri sacerdotes dominari ceperunt. 7 mundialia potius  
q̄ spūalia curare. Felix post eū sex gradibus sedet inius: quia  
p̄ncipes nō sequunt̄ eum. Illi Cardinales sunt: tu omnes no  
sti. si vultū intueberis: tres electores altioribus accumbunt tho  
ris. Patriarche pauperes sunt tā latini q̄ greci: ideo retro stāt  
Ille vidue pullatis indute vestibus: que post Alexandrū Her  
culemque iacent vrbes sunt: que quondam splendide: nunc solo  
equate sicut iussit fortuna cernuntur. Illa in mōribus sita Car  
tago. altera super Eufraten Babylon Troja Columen Asiē in  
ter anctū 7 Simeontem diruta ille Amphionis Thebe. tū ma  
ter musarū Cetropis 7 armis quondā potēs Lacedemon. post  
ego quinam obsecro illi sunt qui se nostris horrent miscere. Pri  
or ille Soldanus est inquit Vegius: cui paret Egyptus. alius  
Teucris imperat. tertius Partibus. quartus Affris. ille nudus  
brachijs tm̄ indutus 7 armillis: cui diues ex collo torques pen  
det. Indoz̄ habet dominatū. Post hec ad sinistra me verti. ibi  
paupertas sedebat ignominia: derisus: iniurie: morbi. senectus  
tormenta: carceres: fames: dolor: stridor: timor: pudor: odium: in  
uidia: desperatio: caritas: bellum: pestis: solitudo: verbera: cure  
7 mille maloz̄ nomina. campi sitientes nudi aut lapidibus tes  
ti. 7 quidnā rogo sibi vult hec vastitas Vegi. hic habitant in  
quit ille: q̄ ex alto gradu ceciderunt. postq̄ fortune fauorē ami  
serunt. vides ne sublimen illā matronā: septē collib? quasi pedi  
bus subsistentē. hec est aurea quōdāfione iam lutea. Capua nā  
sequitur. Siracuse prime. tum Genua Pisa Luca Parisius in  
ter Germanos floret. adhuc vrbes sola Praga splēdor terre de  
clinat. Cōstātinopolis Traciū caput morti p̄pinqt: oīa tēpus  
domat: nec vlli fortuna p̄petuo bona ē. hic mestus submisso ca  
pite sienatus est quē fortuna ex Apulie finib? pepulit. ille Tho  
mas fulgoli? est: q̄ ex ducali solio tractus in carceres. iacet in  
pudore. hic Pancratius vnco tenet q̄ solebat cū omnibus: tum

maxime Cællario tuo infestissim⁹ esse Borbonij dur. ibi est q  
regno Frâcie dicebat leges nūc dominij parte mulctatus extra  
regiã esse iubetur. vides ne senē Procerū cana ⁊ dimissa barba  
hic Ludouic⁹ est dur Bavarie. quē filius dn̄atu p̄iuatū domi  
clausum seruat. dū sic loquit⁹ Uegius. rursus in dextrã feror. vi  
deo campū nube cãdida. rectū dūq; introspectio seu vera seu su  
cta figura fuit. Latiflaū puellū diademate ⁊ vestib⁹ ornatū re/  
gijs visus sum videre pluresq; secū infãtes ludere. petoq; Uegi  
um. qui nã sunt hi nube candida circūuoluti. hi sunt inqt Ue/  
gius. quibus fortuna fauorē spōdet: si fatoz munere vixerint.  
vix ista locutus erat. Uegius cū dea in me oculos contorsit. con  
tractisq; supplicijs. quis te buc accersiuit. inquit Enea. nemo  
inquã ego sed auidus te visendi introgressus suz. noli mihi suc  
censere. vidi regnū tuū iam abibo. vnū tm̄ ex te peto suplex mi/  
hi. vt paucis rogatibus rñdeas. faciã inqt illa. p̄pone. tū ego.  
q̄z diu es hominibus blãda. nulli diu respōdit. itez ego. quib⁹  
artib⁹ potest tuus fauor acquiri. nullus inquit illa nisi soli⁹ im  
portunitatis remedio. quis te plus alijs retinet. qui meū impe  
rium maiori sustinet animo. q̄s tibi odosior. pusillanimus. q̄s  
te tute spernere p̄t. sapiēs. q̄n̄ mihi blandior eris. cū te vocabo  
sum ne vocãd⁹. scies postea. Quis tibi ex oib⁹ viuētib⁹ est acce  
ptior. qui me fugat nō q̄ fugit. Satis habeo vale. ⁊ tu vale. nec  
nec te mei gregis esse negaueris. inqt Fortuna. q̄zuis tibi non  
dederim auri mōtes. nã q̄ pleriq; te amãt. tibiq; bñfaciūt: meū  
est sic retruli grãs atq; abij. Uegius añ portã me dimisit. ibi in  
ter porrigentiū man⁹ turbã. Peregallū inueni amiciorē amico.  
⁊ parē sibi Michaelē Sueuū. tū Quēcesslã ⁊ Jacobū cællarie  
gleb ascriptos. q̄ vt me viderūt. circūfusi p̄cōtabant quidnã vi  
dissem. Sed dū illis refero visū: mox sompno solutus sum. Tu  
vale ⁊ qd̄ bec sibi velint sagaci tuo ingenio discute. mihiq; aper  
ri. Isterū vale. mel meū olus Epicuri. ac Pictagoze ligumē. Ex  
Quienna. vi. Calendas Junias. Anno Millefimoquadringent  
tesimoquadragesimoquarto.

Inc. 1182

